



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

MORCATI PIETRO, *Sermo habitus Tridenti dominica quarta post Pentecostem*, Riva del Garda, Giovanni Battista Bozzola (Riva del Garda, Jacob Marcaria), 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 55

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/38>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc. I. O. c. 42

CMK P3



BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
2 -op
f
70

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2406591

D 2406533

5tcl

T 0-op f 55

SERMO HABITVS

TRIDENTI DOMINICA QVARTA

POST PENTECOSTEM,

AUTHORE PETRO

Morcatto Presbitero,

Episcopo Vicien:

Theologo.



R I P A E:

AD INSTANTIAM Baptistæ Bozola:

M. D. LXII.

SERMO HABITVS

TRIDENTI DOMINICA QUARTA

AD INSTANTIAM

Tribunali

Theologico



AD INSTANTIAM

M. D. LXII



SERMO HABITVS TRIDENTI
DOMINICA QVARTA POST

Pentecostem, auctore Petro Mor-
cato Presbitero, Episcopo
Vicien. Theologo:



DIVO Luca referente (Sancta Ecclesia Ca-
tholica) post superatam tentationem, scimus
Redemptorem nostrum aplicuisse Nazaret,
ubi nutritus erat, ac pro illius Sanctam & lau-
dabili consuetudine, intrasse Synagogam
(ubi ait Euangelista) surgit, ut legeret.
Traditus est ei liber Esaia Prophetæ, quem
ubi reuoluit inuenit locum in quo scriptum
erat: Spiritus Domini super me, propter
quod unxit me, euangelizare pauperi-

Luce. 4.

Esa. 61.

bus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis uisum & cet. Hoc Christi factò qui Ecclesiam Dei intramus, præterea ut alios doceamus, surgimus, hoc est hunc Sanctum locum ascendimus edocemur, ne aliunde nobis paraturam ut habeamus orationem pro libito eligamus, quam ex Ecclesiæ præscripto: Hæc enim unoquoque die statutum habet Euangelium, designatas etiam Epistolas, tamen ex litteris Apostolicis desumptas, tum ex ueteri instrumento; quibus habiturus orationem necessum est ligetur. Habet igitur sic Euangelium hodiernum: factum est autem

Luce. 5.

- cum turbæ irruerent in eum , ut audirent uerbum Dei , & ipse stabat secus stagnum Genezareth uidit duas naues stantes secus stagnum , piscatores autem descenderant , & lauabant retia : Ascendens autem in unam nauim quæ erat Simonis rogauit eum a terra reducere pusillum . Et sedens docebat de nauicula turbas : finem hic faciamus , satis enim erit si huic parti Euangelii , legitimum presiterimus terminum . Inquit Euangelista cum plicuisset Dominus librum reddidit ministro & sedt , & omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum : ad hoc exemplum oratos uos uolo Patres Sanctifsimos tum propter dignitatem summam quam in Ecclesia Dei hodie tenetis , tum propter uestram humanitatem , qua alios hoc in loco complecti soletis , me animo benigno , & quam attento audiatis .
- Lucæ. 4. Inquit autem dicit ad illos : quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris , & hinc ego ordior orationem meam : quia hodie implenda est a uobis & perficienda (Patres) Hystoria Euangelii quam auribus uestris audiuistis , sin secus , actum est de nobis , actum est de fide , deque religione de quæ pace , sine qua nemo uidebit Deum . Prestabilis enim foret nos qui hinc adsumus , nunquam natos fuisse , aut quod matres nostræ , priusquam in earum utero animaremur , de nobis abortum fecissent . Verum enim uero ne quispiam putet me , his fallere quempiam , pedetentim litteram Euangelii tentemus : fiet enim tunc intelligat me quam uera pronuntiare (factum est autem dum turbe irruerent in eum) Cum Synagoga suos habuerit prophetas , suos scribas , suos etiam sacerdotes , quorum munus erat docere : quid rei factum est , ut populus Iudeorum relictis illis Christum adirent : quod factum Euangelista nobis sic narrat , factum est autem cum turbæ irruerent in eum (emphasim enim hæc uerba habent) Præmissit Euangelista causam , stupebant (inquit) in doctrina eius , quia sermo in potestate eius erat . Denique ob mirabiliorem doctrinam Christi , præ Pharisæorum doctrina factum iri Euangelista ait , cuius causam subdit , quia in potestate erat sermo ipsius : uel ut alius Euangelista dicit , erat docens sicut potestatem habens , & non sicut scribæ & pharisæi . Docebant enim Pharisei principibus adulaantes , aut potestatibus secularibus inferuientes , aut propriæ cupiditati , hæc enim est summa potestas quæ regnat , & nos uincit : quam Apostolus dicit radicem esse omni in malorum , eam enim quidam appetentes errauerunt a fide & inferuerunt se doloribus multis , supra quam dici possit . Christus autem nemini adulabatur , nec inferuebat alicui cupiditati suæ malignæ , quam non habebat : si quidem peccatum non
- sece-

fecerat, sed negotium patris ad quod missus erat, post habitis omnibus curabat Rogate igitur Deum patres pro me, si quidem hodie uicarius sum Christi, & quamuis indignus munere doctoris fungar, ut doceam non sicut Scribæ & Pharisei, hoc est additus alicui principi, aut potestati, aut terrenæ cupiditati, sed sicut potestatem habens, hoc est negotium Christi solum agens: quod totis uiribus facere entar, sed interim uestris sanctis orationibus adiutate me. erat Petrus in carcere (inquit historia sacra) & oratio fiebat ab Ecclesia sine intermissione ad Deum pro eo: itaque & uos patres, Petrus estis, negotium Petri agitis, parum dixi, imo negotium Christi: curate igitur ne in carcere sitis, hoc est addicti alicui Regi, aut potestati seculari, aut propriæ cupiditati, siquidem uniuersa Ecclesia erat pro uobis Non extra rem in hac causa dicam, quod Apostolus ad Romanos scribens, eos ad salubrem pacem deducere cupiens ait. Et omnis creatura ingemiscit & parturit, usque adhuc expectans redemptione corporis nostri: ad eundem modum uniuersus Orbis ingemiscit & parturit expectans ab hac sancta Synodo redemptionem, ac pacem totius corporis nostri. Hoc est Ecclesiæ Dei. Nolite igitur patres suspiriis & orationibus uniuersis orbis resistere, quinimmo quod uestri sancti officii est, hoc est tantum negotium Christi agere curate: sic enim fiet, ut non Scribas & Phariseos sæquamini, sed Christum apud quem (ut dixi) summa erat potestas. Eandem enim summam, habetis uos, siquidem integram Pontificis summi uoluntatem tenetis, quod si secus, frustra laboramus. ad hæc propicias etiam habetis omnes sæculi potestates, quæ pollicitæ sunt, se huic sancte Synodo, omnem operam & fauorem præstaturæ. Sat crebo Apostolus Paulus rogabat eos ad quos scribebat, ut Deum pro se orarent, quo negotium Christi, cuius Apostolus erat, libere tractaret. Ait enim ad Ephesios scribens: orate pro omnibus sanctis, & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia, notum facere mysterium Euangelii pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam, uelut grecus sermo habet (ina en uo pargiifasomæ) idest ut in eo libere agam, prout oportet me loqui. Sentiebat itaque Apostolus maxime oportere se mysterium Christi pro quo legationeungebatur, libere ac cum omni fiducia tractare. At idem est quod Thesalonicensi Ecclesiæ scribit, creditum nobis Euangelium ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra. Neque

actum 1. 2.

Rom. 8.

Ephesi. 6.

1. Thes. 2.

enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis, neque in occasione auaritiæ Deus testis est, quam recte sanctus Apostolus ait pri. thes. 2. non se, sicut Scribam & Phariseum docuisse, sed sicut potestatem Pfal. 52. habens: Ait enim creditum nobis Euangelium ita loquimur, non

quasi hominibus placentes, etenim hi confusione subiecti sunt, & quod magis est, Deus spernet eos, sed Deo qui omnium hominum corda probat. Neque uero dicit se fuisse aliquando in sermone adulatorem, quales erant Scribæ, cuius rei eos ad quos scribit testes citat: neque ait se in occasione auaritiæ fuisse, ac si dixisset, tantum abest ut auaritiæ studuerint quin nec aliis quod de me id putarint occasionem præbui, cuius facti Deum intestem uocat. Superest igitur Patres tantum Apostolum hodie imitandum uobis proponatis. Ad idem argumentum, facit quod in alia dicebat, de cetero fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat, &

2. Thef. 3. clarificetur, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus, non enim omnium est fides: & nos etiam oramus pro uobis, ut sermo uester currat, idest libere agatur, quo Deus clarificetur, & ut liberemini ab importunis hominibus, quos scimus hoc nostro seculo non deesse. Non omnium esse fidem dixit Apostolus, & non solum illius temporibus: (uerum est) sed & nostris quod maxime dolemus. Consolamur tamen eo salomonis dicto qui ait.

Eccles. 1. Quid est quod fait, id quod est, & id quod est, erit. Titum etiam quem in Ecclesiastico mynisterio erudierat Apostolus ita aloquitur,

Titum 2. hæc loquere, & exhortare, & argue, cum omni imperio: nemo te contemnat. Et uos fratres sat fideliter in ecclesiastico negotio eruditi estis: loquimini igitur & obiurgate cum omni imperio: ita enim fiet ut nemo uos contemnat. Animaduersione dignum est, quod Apostolus illis uerbis subiecit (nemo te contemnat) præuiderat enim secundum spiritum datum sibi futurum fore, ut si Titus ecclesiastica mynisteria cum timore tractaret, facile se subiectum fore uilipendio hominum & contemptus: atque ideo eum admonuit de illa libertate apostolica. Hunc igitur opere precium est hæc sancta Synodus immutetur, ne illius statuta sancta & decreta, uilipendio, ac neglectui pateant. Audio sæpe plerosque ex uobis conqueri & conturbari, quod principes & reges iniuriam occupent ecclesiam Dei, hoc est sensus sacerdotibus mynisterium exhibentibus debitos, & egenis, cuius mali uos per omnia culpatos esse pronuncio: siquidem expectantes beneficium, gratiam, ac laborem ab

eisdem, negotium Dei postponitis, atque ita fit ut huic cupiditati addi-
dicti, non libere negotium Ecclesie, sicut edocti estis a Christo,
& Paulo tractetis: proinde factum est, ut & uos, & sancta sta-
tura uestra contemnat. Qui enim in negotio Ecclesie nihil agunt,
præterquam id quod Reges quos ipsi consulunt, præscribunt, qua-
si fides nostra e placitis regum pendeat: cum sciamus probandas
esse personas e fide non uero fidem e personis: nam quid obse-
ro aliud hoc facto docent, quam quod propriæ cupiditati inserui-
uiant, neque negotium Christi libere ut par est tractent? Con-
queritur Deus dicens: nunquid non erat Deus in Israel quem con-
suleretis? Habetis itaque patres scripturam sacram ubi aperte uo-
luntas Dei resplendescit: habetis etiam concilia generalia: ad hæc
hystorias Ecclesie, & sanctos Doctores, Ecclesie lumina, hæc om-
nia Reges sunt, quos in Ecclesie causa necessum est consulatis. Num
quod attinet ad presens argumentum, est alibi quod consilium firmissimum,
& saluberrimum consilio, & factio huius sancte Synodi, quod si secus puta-
mus, reperti sumus in fide fluctuantes. Non enim Christus dixit ubi sunt
duo uel tres congregati in nomine meo ibi sunt in medio eorum, Prin-
cipibus aut Regibus: Sed sacro illius comitatu, cuius uos successores
estis. Quod si Regum consultatio pro uotis non successerit, resisit il-
lis, uestra enim interest hæc fidelissime tractare. Audistis igitur quam
obrem Iudeorum populus neglectis synagogæ sacerdotibus ad
Christum confugerint.

Est & alia causa quam euangelista non tacet, quamobrem ad Chri-
stum confugerint, (nempe ut audirent uerbum Dei) argumento est igitur
Synagogæ sacerdotes, non docuisse uerbum Dei, sed leges suas hu-
manas, quod factum esse ita indicat Euangelista Matheus: quare &
uos transgredimini mandatum Dei propter traditionem uestram, quam
quam hoc loci non simpliciter leges Phariseorum humanas condénat,
sed eas quæ legi Dei repugnabant, quod facile cognoscimus ex Euan-
gelistæ discursu, & clarius ex Marco, uel eas leges quæ nullius utilita-
tis & frugis erant improbat, ad quod alludit Apostolus Paulus scribens
ad Philemonem his uerbis: propter quod multam fiduciam habens, uel
ut grecus habet (διο πολυ εν Christo πανρισαν exon) id est multam
habens in Christo libertatem imperandi tibi quo ad rem pertinet
(to anemon). i. quod decens est, quod conueniens est. Sentiebat itaque
Apostolus se non debere mandare Philemoni quæ leuia & nullius fru-
gis erant, sed id quod expediens fore uidebat. Non semel olim
Deus Prophetarum Synagogæ conquirebatur, quod somnia sua &

Tertul. li.
de præscr.
hæreti.

4. regu. 1.

Math. 8. 8.

Math. 15.

Mar. 7.
Phile.

- commenta humana inculcarent, interim neglecto illius uerbo sic Hier: 23. enim dicit apud Hieremiam: qui uolunt facere ut obliuiscatur populus meus nominis mei, propter somnia eorum quæ narrat unusquisque ad proximum suum, sicut obliuiscunt Patres eorum nominis mei propter Baal. Propheta qui habet somnium narret somnium, & qui habet sermonem meum loquatur sermonem meum uere.
- Quid paleis ad triticum dicit Dominus? comparat igitur Prophetarum somnia paleis quæ præter illam exterioritatem & molliciem lenem nihil habent, quinimmo medullæ & fructus intus uacua sunt: Contra uero sermo Dei triticum est, qui quamuis exterius aliquo modo asper uideatur, sed intus plenus est medulla, & dulcedine, quibus in crasabuntur illius fideles obseruatores. Non sine damno etiam ingenti Ecclesiæ Dei, factum est, ut eius legis interpretes populo etiam inculcarent sua somnia & commenta; interdum commiscentes falsa miracula, Sermone Dei neglecto: qui non ex una ciuitate a uobis, sed ut ille dixit, ex uniuerso orbe exhibilandi sunt: sunt enim muscæ scetidissime quæ perdunt suauitatem unguenti, hoc est dulcedinem uerbi Dei. Curate igitur Patres huic tanto malo, ne scandala in Ecclesia Dei amplius augetur, occurrere. Est & alia causa quam subodorare licet ex Euangelii Hystoria, quamobrem Iudeorum populus suis neglectis sacerdotibus ad Christum confugerent. Ea enim est quod Christus gratis doceret: contra uero illi, non nisi conducti mercede. Neque egemus testimoniiis ut probemus illorum sacerdotem auaritiam: nihil enim aliud clamant fere Prophetarum uoces, & Christi apud Euangelistas sermones.
- Math: 10. Quod enim Christus gratis docuisset, scriptum est gratis accipitis gratis date: non utique gratis accepissent nisi Christus gratis dedisset summum enim Ecclesiæ malum est, non aliter docere nisi mercede conducamur. Neque uero quispiam putet hac de causa me uelle dicere non deberi mercedem Pastori: absit ut Paulo repugnem, per quem Christus loquebatur is enim dicebat nemo militat suis stipendiis unquam. Et illud non alligabis os boui trituranti.
1. Timo. 5. Et illud: si seminamus uobis spiritualia mirum est, quod uestra carnalia metamus? absit etiam ut Christo resistam dicenti: dignus est mercenarius cibo suo: sed quod dico istud est: indignos nempe esse doctoris munere, qui non aliter nisi precio apreciati docturi sunt.
- Math. 10. Vulgatissimum est enim illud Gregorii dictum: facile doctrina Pastoris despicitur, cum uita illius non approbatur. Secundum spiritum

datum sibi: Reuerendissimos Coimbricnsis uolens enim ex Ecclesia Dei extraccludere abusus, ii enim potissimum argumentum heretico-
 rum sunt aduersus nos, neque aliud simplicem plebem decipiunt, di-
 xit facile factum iri, si hæc duo uerba (non obstantibus) ab Ecclesia
 Dei pellerentur. Fieri enim non potest Patres quin in Ecclesia Dei
 habeamus Pontificem, qui compaciatur infirmitatibus nostris: fieri
 etiam non potest, quin habeamus pastorem qui pascat nos, qui obla-
 tis indulgentiis eiusdemque concessis, alliciat nos adorationem, ad
 ieiunium, ad elemosinam largitionem, & ad confessionem sacra-
 mentalem, per quam Deo reconciliamur & proximo. Verum enimue-
 ro sanctus Episcopus nolluit hoc tolli ex ecclesia Dei: sed animadu-
 tens superfluitatem dispensationum, interim uel in consulto Pontifice
 uel in informatione decepto, dixit: alludens ad id quod dulcis Ber-
 nardus dixit: non prohibeo dispensare sed dissipare. Ego uero cer-
 tium consultum iri puto Ecclesie Dei, si duo uerba quæ non humana
 sunt sed diuina, summa obseruatione, & amplectantur, & teneantur:
 hæc enim sunt (gratis date) quæ iuris diuini sunt. oratio est enim præ-
 ceptiua imperatiui modi, duobus tantum uerbis contenta: ne si plura
 essent: obscuritatem prætenderent, sicut & in aliis multis interdum
 fieri solet. His enim sua breuitas profuit quo euaderent falsarias lin-
 guas hominum corruptorum fatis enim hoc istud indicat locus ubi se-
 dent, nam post hæc uerba infirmos curate, mortuos suscite, lepro-
 sos mundate, demonas eicite, adiecta sunt hæc, gratis accepistis, gra-
 tis date. Iam illud quale est Patres, quod plerique Episcoporum, ex
 summa illa Ecclesie censura aurifodinam fecerunt, non enim est mors
 neque gladius grauior excommunicationis censura: & tamen hæc,
 occasione cuiusdam cære, sigilli, calami, papyri, inique uibratur.
 Cum sciamus Apostolum, illum fornicarium Corinthum, & quosdam
 alios blasphemos, ac quosdam non obtemperantes uerbo Dei, Ana-
 themate feruisse, at nunc Ecclesia Dei plena est fornicariis, blasphe-
 mis & repugnatoribus uerbi Dei: & ii uitam in maxima quiete du-
 cunt, solis enim pauperibus, qui propter certam peccunæ quantæ
 tatem, eamque non multam, cum non sint soluendo, inseruit. Quid
 quod sepe propter canem furto sublatum, & manicas, &uestes tra-
 duntur: Indignum est Patres ob istiusmodi uiles causas, hanc censu-
 ram tradi, cuius in causa sunt aurum & argentum, quod occasione
 cære & sigilli trahitur, licita enim fuerunt hæc hactenus, sed nunc
 cum uideamus in tanto ecclesie scandalo episcopos abuti ea, ne-

Bernar.

Math. 10.

1. cor. 5.
 1. Timo. 1.
 2. Thef. 3.

cessum est animum aduertatis, hinc tanto aspero nodo, quo cuneo oē
 Math. 8. currendum sit: Quid illud erit, quod interdum Episcopo inconulto
 Math. 18. & eius uicario, a scribis qui perpetuo auari sunt traduntur? cū Christus
 aduocari duos aut tres ait, ut in ore duorum aut trium stet oē uerbum,
 & Paulus congregatis uobis & spiritui meo ait: tradidi huiusmodi ho
 1. Cor. 7. minē Satanæ? non quod non feriant dico, si ita emittantur: quinimo
 ideo quia ita nocent non debent tradi, quin prius consilio prudentum
 ac piorum hominum, res examinata fuerit; ad mortem corporis,
 ad flagella, ad exilium, nemo damnatur, quin prius a multis probis
 uiris, status causæ examinetur: in sola, uero excommunicatione, om
 ni genere pænæ grauior, hæc religio deest: antequam hoc emporium
 a nobis sacerdotibus in ecclesia Dei inuentum esset, omnia silentium te
 nebant, erant utique ante hoc tempus tumultus in ecclesia & hæreses,
 sed aduersus sanctissimam Trinitatem, hæc occupabant homines so
 lum doctos) si ita dicere licet) a quibus facillimo negotio extirpari
 poterant, at nunc sunt tumultus aduersus fidem, hærentes carni &
 sanguini, qui irretierant indoctam plebem, quam difficilime ueritas su
 perat: ideoque cunctandum est Patres aream domini purgare, pericu
 lum enim in mora est dicebat Deus per Ageum prophetam: respe
 xistis ad amplius & ecce inuentum est minus, intulistis in domum, &
 exulsam illud, interim quod ad ampliora respeximus: hoc est quod
 magnificas domos extrueremus, & supellectilem aueremus, &
 ut mar supium impleremus: minus habet ecclesia Dei: quid quod oc
 casione huius argenti falso conglomerati factum est, ut qui nunquam
 latro, nunquam homicida futurus alias erat: in utrumque incidit: cum
 enim uident sacerdotem aut episcopum morti uicinum antequam ca
 mera apostolica ueniat, ut quod sui uiris est arripiat, utique ad dispen
 sandum egenis, consanguineis, famuli & plerique alii interdum duces,
 comites nobiles, prosapia illustres, & clari, alias nunquam ut dixi
 latrones futuri inueniuntur serari es, uos Patres decet hæc solite cur
 rare exemplum illustre præbuit uobis summus ecclesiæ pastor (Pius
 Quartus) qui ex illa sua penitentiaria refecauit iam quam plurima uic
 cia, refecaturus & alia quæ super sunt: nam qui incepit dimidium
 facti habet, & perficiet proculdubio: neque aliud quantum audio
 mente tenet, quam ecclesiam purgandam curare præuenit igitur
 uos sua illa sancta benignitate, ut quod ille fecit in illa ecclesia ca
 pitali in qua residet, uos tantumdem in ecclesia catholica faciatis:
 sequutus utique hoc facto Christum, qui accepto flagello emen

Tha. 2:

tes & uendentes eiecit de templo . Habetis igitur Patres quem imitemini , Pium Petri uicarium , & quod magis est Christum redemptorem , igitur eo unde digressi sumus reuertamur : curate patres ut mynisteria Christi & sacramenta ecclesiastica gratis dentur , curate ut Dei uerbum doceatur tandem curate ut libere negocium Christi tractetis , non sicut scribe & Pharisei , sed sicut habentes potestatem summam , ita fiet ut misera plebs ludificata ab his nebulonibus & pseudo euangelistis , neglectis illis ad uos reuertatur : & ecclesiam Dei extra quam nullus saluus est amplectatur : ac sub illius protectione agat ignoscite mihi Patres quod tam palam loquutus fuerim : imo nolite ignoscere , siquidem inflamatus zelo religionis Dei , non possum non ita loqui : præterea pressus sanctis uestris orationibus quibus me adiutastis , coactus sum ita effari . Ascendens autem in unam nauim quæ erat Simonis , rogauit eum a terra reducere puxillum , & sedens docebat de nauicula turbas .

Tex.

Historiæ ordo non est negligendus , imo summa cum attentione obseruandus , non enim prius sedens docet , & postea rogat nauim a terra subduci , sed quod diximus : qua in re noscimus oportet , doctrinam in Ecclesia nichili esse , nisi ea a terrenis hominibus qui eam occupant liberetur , rogat Christus Simonem de reductione nauis , & uos Patres Simon estis , rogat uos Christus quo ecclesiam a malis hominibus liberetis , quos non tantum hæreticos dicit , sed & indoctos , ac uitæ fascinosos cum posset exerte iubere , non id agit sed rogat . si aliquis uel Rex , uel princeps quod in illius gratiam aliquid faceretis uos rogaret , non tantum bona externa in illius gratiam dilapidaretis , ac uitam cum ingenti periculo poneretis : atque hoc ipsum summo beneficio duceretis : nunc uero Rex Regum & dominus dominantium id rogat : quo modo non satisfacere illi poteritis ? neque enim non nostri indiget , quod & Poeta loculenter dixit : Ipsa eius opibus polens nihil indiga nostri nec bene pro meritis capitur , nec tangitur ira præsentis die calamitas sufficiens argumentum est , quo istud , facere cunctis uiribus enitatis . Insigne exemplum uobis præbuit ille non minus nobilis , quam extrenuus Dux Iudaici exercitus Iudas Machabeus : qui cum uideret templum prophanatum , atque conspurcatum : occupauerat enim illud , Antiochur ille (ut ait infalibilis historia sacra) radix peccati , quod

Lucre. li. 13

1. Mach. 13

- tibus & montibus in uis nasci solent : Id cum uideret factum , elegit sacerdotēs , habentes uoluntatem legis Dei , ut coacti id mundarent , atque ita factum est . quorū etiam designato die solemnitatem enceniarum summo cum honore agebant : quam Christus sua presentia decorauit , quemadmodum in euangelio sancti Ioannis reconditum habemus neque abs re erit si obseruauerimus , id quod ait , se sacerdotēs habentes uoluntatem legis Dei ad id munus exequendum elegisse : non autem scientes dixit : parum enim sacerdoti prodest , si onustus fuerit literis , cum Zelo carcat Dei : utrumque enim ad restorationem templi conducibile est , at secundum per omnem modum necessarium , & uos illustris . legati huius sancti exercitus duces estis : habetis etiam hic milites non quoscunque , sed ap̄ime industrios in bello ecclesiastico : qui non solum scientiam legis Dei habeant , sed eiusdem amore ac zelo inflammantur utimini properate igitur eorum opera ac industria , ac omnes una templum Dei repurgandum ac hæc uirgulta asperrima , hoc est sacerdotes quidem inuiles , quos Iudas Apostolus , arbores autumnales , infunctuosas appellauit , eradicate . ut quid enim hi ecclesiam Dei occupant ? quod si id feceritis ut de uobis speramus , fiet ut Christus Iesus sua presentia nobile factum uestrum honestet : ad idem est quod Oseas propheta ait : lapa & tribulus ascendet super aras eorum : herbæ enim sunt hæc nullus fructus , nec adhuc umbræ aptæ , ubi defessi iter agentes caput reclinare ualeant : sed eo solum quo animalia uenenata calcaneos hominum insidiantia occulentur ad eundem modum aras nostras id est ecclesiæ dignitates , occupant lapa & cardiacus , sacerdotes nullus doctrinæ , nec utilitatis , nec ut solatio sint alicui egeno , sed tantum est apud se , homicidas & fornicarios homines quorum uicia officium linguæ uincunt teneant hæc uelut animalia imunda , sunt a uobis ex aris Dei explodenda Arcete igitur Patres a presbiteribus ecclesiæ hos fucos , ignauum pecus : disturbant enim & distentant suauitatem huius edificii sancti , hoc est ecclesiæ Dei consideremus etiam quid propheta his uerbis ad iecerit , ait . n. tunc dicent montibus operite nos , & collibus cadite super nos , quod Christus ad diem illum Iudicii transulit : uereor ne præter spem hoc nobis contingat , cum hæc uerba illud , quod ego ad presentem ecclesiam statum referebam , consequantur : Totus est agens Propheta in re edificanda domo Dei peruigilat ait . n. ad Zorobabel , & ad Iesum filium Iosedec , & ad reliquos sacerdotes . Hæc dicit dominus exercituum populus iste dicit , nondum uenit tempus domus domini edificandæ : cum ad sacerdotes sermonem fecerit , quid est quod ait , populus iste dicit ?
- facere

1. Math. 4.

Ioann. 10.

Iudas.

Osce. 10.

Virgili.

Osce. 10.

Luce. 23.

Agu. 1.

faciendū
atem en-
presentia
onditum
facerdo-
elegis-
si onu-
restaura-
dum ne-
estis: ha-
ustros in
eant, sed
ur eorum
n ad hæc
os iuda-
dicæ. ut
de uobis
strum ho-
us ascen-
ec adhuc
sed eo
oculen-
s, occupa-
is, nec ut
& forni-
hæc ue-
ercite igitur
e distur-
st eccle-
rit, ait. n-
a, quod
em hoc
re eccle-
re edifi-
m filium
uum po-
re: cum
e dicitur
era

faciendū enim a populo segregati erant quod hi qui domus Dei impediunt edificium, quamuis sacerdotes sint, populares sunt, nec de summo ordine eorum, sed de uillissimo, ac si dicerent: hi non facti sacerdotes sunt, sed nomine tenus, siquidem restaurationem templi quæ ad se attinet perturbant addit ultra: nunquid uobis tempus est, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta sit? ac si diceret, nullis uos in domibus uestris, famulos nisi indus- trios, bene morigeratos, sub hæc bonarum harum imbutos: minoris conditionis est Ecclesia Dei, ubi fex orbis uniuersi sine aliquo delectu intronitur? ponite corda uestra inquit super uias uestras: seminastis multum & intulistis parum, comedistis & non estis satiati etc. perpendite igitur patres, seminarunt multum Patres illi anti- qui, tantundem etiam & uos facitis, hoc est Sancta indicitis de- creta, ad hæc plerique uestrum contra Ecclesie hostes, doctæ car- tas doctrina fidei impleuistis. Quid horum quæ seminastis intuli- stis? nihil fere. hostes Ecclesie crescunt, nos autem diminuimur: illi florescunt (si ita loqui liceat) nos arefcimus, illi hodie occupant Ecclesiam, cras urbem, sequenti uero die prouinciam, Quid sub hoc argumento dicam? bonam pars Germaniæ præscripsit aduersus fidei, franci homines nunc in perpetuo sunt disfidio. Hispani ince- pimus iam infatuari: quid de aliis regionibus dicam? quantum au- dio ubique locorum, hæc pestis grassata est, ita ut ad Aphros usque peruenerit: unde igitur hæc? quia domus Dei deserta est, dicit dominus. Quid enim prodest augere statuta & decreta, quantum- uis sancta, sicut sunt, si Ecclesia Dei, sacerdotibus qui ea populo & doceant & reperant, frustata sit? Ascendite (inquit) montem, portare ligna, & edificate domum, & acceptabilis mihi erit, & glorificabitur & uos Patres Sancti montem hunc ascendistis, hoc est Sanctum Concilium, quo nihil in cuncto orbe altius: reedificate igitur domum, & dominus in ea glorificabitur nihil clarius ad præsens argumentum dici potuit. Cum pressus angustia esset populus Israe- liticus, dicit Deus per Oseam prophetam, ullulabant in cubiculis suis, sed super triticum & uinum ruminabant: suspiria illorum ruminatio- nes dixit, quasi dicat, non homines sed iumenta sunt: qui cer- nunt erumnam instare, & qui debuissent propriam uitam deplora- re: ruminabant inquit super frumento & uino. Quotus quisque nostrum est, qui non deploret in Ecclesia Dei tantam luein? nullas imo sæpe numero ad lachrymas usque prorumpimus: sed uereor ne suspiria hæc nostra, super auro & argento ruminatio- nes sint: nihil amplius dicam Dicit igitur dominus sub nomine Zorobabel

Tex.

Tex.

Tex.

Tex.

Oseæ. 7.

Hiero.

tex: & focis, confortamini, & facite, hoc est domum Dei reedificate, quia ego uobiscum sum, dicit dominus, et Spiritus meus in medio uestri est, nolite timere & ad uos nunc (Sancta Synodus) hæc uerba dicta sunt, enitite igitur totis uiribus, ut templum Dei prophanatum emundetur: ad hæc uirgulta nata, hoc est impuri sacerdotes ab eo erradicentur. Dominus enim uobis cum adierit, & Spiritus eius in medio uestri erit, firmus & stabilis est dominus in omnibus promissis: atque ita fiet ut obtemperetis domino supplicanti, ut a terra nauim pusillum reducatis.

tex: ET sedens docebat de nauicula turbas. Locus hic nos admonet, aliquid de residentia dicamus: uerum nos hanc disputationem, potissimum tempori, & loco, aliis relinquimus: siquidem ad manus nostras peruentura est. Hoc unum tamen breui dicam in exodo mandabat Deus Moyse, arcam deauratam foris & intus faceret: & super eam propiciatorium, siue celum, quod eam tegeret de auro mundissimo, ad cuius latus dextrum sit cherub unus, ad sinistram autem cherub alius, recta oculorum acie in id tendentes: tu autem supra propiciatorium

Exo. 25.

eris: inde te alloquar, & præcipiam quecunque mandabo per te filiis Israel; præscribit igitur Moyse locum, quasi non aliter eum alloquutus sit, nisi medius inter duos cherubinos sederit. Propiciatorium hoc supra quod Moyse sedet, Ecclesiam designat, extra quam neque salus, neque remissio, neque propitiatio peccatorum est, duo illi cherubini, duo sunt testamenta, hanc Ecclesiam respicientiam rectam: non enim sibi repugnant: sedeat igitur in Ecclesia Pastor, cuius actum Moyse indicat, is enim locus illi ex domini mandato præscriptus est, non aliter ei domino sermonem facturus: quid igitur ueritati tam clare adumbrate contrainimus? quod si quis humana ignorantia laberetur, ut

rupe. abaf.
super Isa.

Aug. contra Iuliam pelagiam li. 5. c. 2.

Mar.
Psal. 81.

Ioan. 10.

Epilogus:

cunq̄ue ferendum esset: quanquam manifestis scripturæ sensibus contrauenire, humana ignorantia non est, sed superba arrogantia, unde Iudicio meo schismata, & hæreses profluunt: ceterum ut dixi ferendus est error humanus, sed quod ob seculi huius lucrum illi repugnetur, summa impudentia est, tante ne animis celestibus iræ, nos enim sacerdotes, animæ spiritualis uel patres dicimur: uno uerbo dicam: Dii appellati sumus in sacro eloquio, neque aliquid magis dici potuit, confirmante id Christo in Euangelio, ita enim habet Ioannes, tam igitur acriter huic rei resistimus: tantam philantiam nobis ualet? hodie igitur implenda est a uobis Patres Euangelica scriptura, quam auri bus uestris audiistis: si minus actum est de Ecclesia, cuius uos reges estis: toto igitur pectore enitite, ut hæc nauis a terra reducat: ad exemplum illius nobilissimi ducis Iudeorum; templum prophanatum

ac conspiratum ab hæresibus emundate, sub hæc uirgulta illa infructuosa, id est sacerdotes nullius fructus: hi enim aras nostras occuparunt, et radicate fiet enim tunc Deus in ea glorificetur: ad hæc curate sacram Ecclesiæ, & eiusdem quecunque alia, gratis ministrantur: curate etiam de uerbo Dei docendo: de quæ Christi negocium libere tractetis, non sicut Scribe & Pharisei, sed tanquam summam habentes potestatem, exemplo uobis sit rex ille Dauid, qui fugam arripere coactus est, cum a proprio filio perfectionem pateretur. Quid enim si Dauidis magnifica enumerem? si eius opes attendamus, nemo locupletior: si profapiam nemo nobilior: semel dicam, omni mundo maior, ueruntamen instante necessitate fugæ meminit; neque abs re erit, si fugæ ordinem considerauerimus ille & pedites sexcenti, qui cum eo erant, pedum egressi sunt: uxores decem quas apud se habebat, domi reliquit, ascendebat igitur clium oliuarum, scandens & flens, nudis pedibus incedebat, operto tamen capite, excenti etiam qui cum eo erant, & in lachrimis, & suspiriis, & in aliis Regem imitabantur: proinde ita factum est, ut Absalon patris iniquus persecutor, insidens mulo subter condensam quercum suspensus perit: & pater in primam restitueretur dignitatem, qui nunc uos persequuntur Absalon sunt, filii enim uestri sunt: nam de Ecclesia sunt, quânuis in Ecclesia non sunt. Vos igitur qui Dauid estis non solum ob claritatem natalium nobilissimi, sed ob dignitatem prorsus diuinam quam tenetis altissimi (maioris enim estis omni mundo) igitur cum scanderetis hunc oliuarum locum altum, hoc est Sanctum Concilium, mulieres quas uobiscum tenetis, (scio enim uos maritos esse, nam cupiditas est quæ tenacissime omni mundo nupsit) relinquitte domi, ita fiet ut expeditiores ad pacem Ecclesiæ tractandam sitis lachrimis etiam ac gemitibus, hoc malum redimite: nudate pedes, hoc est bona externa, ob quæ bello fatigamur contemnite, si expedire uideritis: sed summa cum diligentia caput operite: caput nostrum Christus est, quoduis malum in corpore uestro patimini, capite tamen hoc est Christo Iesu obseruato: ne iniuria qua illi fiat, imitante serpentis prudentiam, quam uelut doctricem Christus posuit dicetis, estote prudentes sicut serpentes: serpens enim ubi persequentem se fugit, modo caput absconderit, quo a quocunque icu tutum sit, in corporis reliqua parte, uulnus quod libet patitur ad mortem usque: tutandum caput, hoc est Christum procurate: in bonis externis, quæ neque apud Barbaros, interdum in tanto honore habita sunt, & in proprio corpore quoduis malum ferre, ita enim fiet ut Absalonite, mulo insidentes, hoc est hæreses (in mulo utique sedent)

2. reg. 15.

2. reg. 18.

1. cor. 11.

Math. 10.

Aug. li. 2.

de doctri.

Chr. c. 16.

F

Phili .4.

ideft in sterilitate & falſitate, ſuſpenſæ & ſufocatz remaneant longe
 multo maiora ad præſentem cauſam Patres Sanctiſſimi ex hoc Euam
 gelio dici poterant, ſed quoniam hora nos uocat, libenter ſuperſedeo
 pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda ueſtra, & in-
 telligentias ueſtras in Chriſto Ieſu Domino noſtro, Amen.

F I N I S.

E



A

S.

I.

r. c

M

Gr

PM 02609

neant longe
ex hoc Euan
superfedeo
fra, & in-
en.

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
55

Misc. L. c. 42.

3

SERMO HABITVS

TRIDENTI DOMINICA QVARTA

OSTEM,

TRO

x-rite

colorchecker



MSCCPCC0613



ptista Bozola.

I.